

# S A R D I N I A.



### *Nomen.*

**S**ardinia Græcis dicitur ab Herculis filio. Timœus Sandaliotinus appellabat ab effigie sole<sup>x</sup>: Marsilius & Chrysippus Ichnusam à similitudine vestigii. Eodem respexit Manilius, cum inquit, Sardiniam in Libyco signant vestigia plantæ.

Sardegna hodie audit. Eam ab ortu Solis mare Tyrrhenum, à meridie Africum, ab occasu Sardoum ambit, à Septentrione mare quod ipsam & Corsicam interluit.

*Situs.*

*Terræ in-  
doles.*

*Vbertas.*

doum ambit , à Septentrione mare quod ipsam  
& Corsicam interluit.  
Aér insulæ gravis est & insalubris : propterea  
monet Cicero Q. Fratrem , ut valetudinem cu-  
ret , memor quo cum optime valeret , tamen  
in Sardinia esset : & alibi Tigellium quendam  
Sardoum hominem patria sua ait esse pestilen-  
tiorem. Abundat nihilominus tota insula fru-  
gibus , tritico , vino , maxime in mediterraneis.  
Valerius Maximus vocat eam nutricem Roma-  
*Italia.*

ni Imperii addita Sicilia. Habet insuper argenti fodinas. Pecoris, armentorum, & præcipue equorum tanta hic copia est, ut non pauci agrestes sint, dominis carentes, Belgicis minores, generosi tamen, robusti & agiles. Venationem habet uberem aprorum, cervorum, damarum, & muflonum, ex qua rustici præcipue vivunt. Nullum gignit Sardinia lupum, aut aliud hujusmodi nocens animal. Caret etiam serpentibus. Silius:

*Serpentum tellus pura, ac flumini sonore,  
Sed tristis cœlo, ac multa vitiata palude.*

Sed triftis cælo, ac multa vñari pñnt.  
Sed quod alijs terris serpens est, id Solipus

Sed quod aliis terris serpens eit, id Salpunga Sardois agris, animal perexiguum simileque araneis forma. Lucanus Salpigam vocat, Plinius Solifugam. In metallis argentariis plurima est. Occultim reptat, & per imprudentiam superse- dentibus pestem adfert. Accedit huic incommodo herba Sardonia, quam Pausanias in Phocaicis Selino, hoc est apio similem esse dicit. Græci vocant *βαρεάνιον*, Latini Ranunculum & Strumeam. Hæc si edatur, ora hominum & rictus contrahit, ac quasi ridentes perimit. Stra-  
bo scribit